Quicquid opinionem potentiæ minuit facit lædi faciliorē haberi.

Quicquid facit lædi faciliorem haberi, facit læsionem minus molestam factu putari.

Quicquid facit læsionem minus molestam factu haberi, facit læsionem libentius fieri.

Quicquid facit læsionem lubentius fieri, id periculosum est:

Ergo omne turpe periculosum est.

Vides multùm chartæ, certitudini nihil, nihil evidentiæ addi, dummodo non huic detrahatur. Cæterùm illud affirmare non dubitem, si quis hac ratiocinandi viâ perpetuò ingressus fuerit, suspenderitq; eous q; judicium, quod tamen affectus nobis rarò permittunt, artem non facilè errandi *facilè assecuturum. Ego quæ hic demonstrata sunt, mihi ipsi primùm persuasi, â lectoribus, maximè quorum interest, non nisi attentionem*